CONRADUS KYESER. PHILO BYZANTIUS

Süddeutschland (Ingolstadt?), um 1455 (nach 1442) Seite 157v-158r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=39612
Copyright: Innsbruck, Tiroler Landesmuseum (Ferdinandeum)



Hoc est epithaphium Conradi kyeser Eystetensis Exul tonatis

Abadam plasmato ac mundo primo creato
Sex. M. c. senum super addas
Abincarnato sancto sctorum inmaculato
1400. Anno milleno quadringeno quoque
Affabilis largus exul mitis socialis
Kyeser Conradus decessit tunc eystetensis
Facundus constans virtute nobiliori
Multis prepolitus principum pallacia sequens
Hunc wenczeslaus Romanorum rexque bohemus
Fovit Sigismundus ungarorum sceptrum gubernans
Inclitus lusacie dux vocitatus Johannes
Stephanus bavarie senior dux austri bilhelmus
Albertus senior cum alberto debiliori
Opulie dnus Johannes dux nominatus
Hunc amat franciscus Carrarie tunc paduanus
Dnus excollens tenuit inede prepollens
Apulus et siculus novit hunc polonia surda
Fundorum terra Capuan campania stricta
Atque mediolanum tuscania cum lambardia
Dacia norbegia suecia fronconia larga
Francia burgundia hispania cum olachia
Novit hunc rustia lituaque moronia misna
Carniola tota styria carinthya magna
Sweni stetinenses cuncti fleant hunc Eystetenses
Saxonie principes dilexerant atque slesite
Duces hunc preclarum nam super omne carum
Claruit elucidans bellifortis agmina sternens
Aniqz solus ipse solus in orbe fuit
Militaris expers prout experiencia novit